1003 Rep. 1844 *among the debris of the South gateway of the station.* Servatur in *Newcastle* in museo dono Ricardi Shanks; est tabula lapidea magna, longa ped. 5 dig. 11, alta ped. 3 dig. 7, litteris bonis. Titulus intra sertum magnum ex variis arborum ramis compositum et taeniis cinctum.

. . . .
. . . . A S ACICO · MAXI
COS · III · ET · M. AVREL · ANTONINO · PIO
COS · II · AVG · ///////////////////////
Mars Victor stans PORTAM · CVM MVRIS · VETVSTATE · DI *Victoria alata*
LAPSIS · IVSSV · ALFEN · SENECIONIS · VC
COS · CVRANTE · OCLATINO · ADVENTO · PROC
AVGNN · COH · I · VANGON · ∞ · EQ
CVM AEM · SALVIANO · TRIB
SVO · A SOLO · REST

Contuli non sine difficultate in loco obscuro ad lucernae lucem. Thomas Hodgson Archaeol. Ael. 4, 1848 p. 20 (inde Newton p. 116, 102*a*; Maclauchlan *Watlingstreet* p. 27; Henzen 6701); Surridge *notices* p. 24 tab. 3; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 230, *catal.* p. 10, 20, *wall* p. 336.

Cum lectio paene ubique certa sit, variam lectionem priorum non repeto integram. 3—4 Severus III et Caracalla fasces gesserunt a. 202, Caracalla iterum cum Geta a. 205. Illum autem annum puto indicari, ut quadratarius provincialis Augustum alterum uno tantum consulatus numero alteri Augusto cessisse putaverit errore. 7 COL·ANITIO Hodgs., O IANI Bruce *catal.* 8 in fine VANGON OPFS Hodgs., VANCON O F S Surr., VANCON O E O Bruce *catal.*, VANGONO EO Bruce *wall.* Ego dubitavi in re praesenti utrum elementum, quod post N legitur, ⊕ sit an ∞; reliqua mihi visa sunt certa esse. Unde non videtur cogitandum esse de *p(iae) f(idelis) S(everianae)* cognominibus cohortis Vangionum, quae proposuit Henzenus, quamvis per se probabilibus. 10 REST reliqui, fortasse recte.

De L. Alfenio Senecione Severi et filiorum legato dixi supra ad n. 269. 270. 513. Oclatinius Adventus procurator postea praefectus praetorio, consul a. 218, praefectus urbi (Marini Arv. p. 525. 649; Borghesi *memorie dell' Inst. archeol.* 1 p. 183 ss.), homo infimae originis ex milite gregario Elagabalo imperante ad summos honores pervenit (cf. Dio 78, 14). Procuratorem eum fuisse Britanniae hoc demum titulo innotuit. Aemilius Salvianus tribunus redit supra n. 986.

Lectionem, quam coniectura olim restitueram (*Rhein. Mus.* 14, 1859 p. 68; cf. 11, 1857 p. 44), in lapide ipso postea repperi confirmatam hanc:

[Imp(eratore) Caes(are) L. Sept(imio) Severo Pio Pertinace Arabico Adiabenico Parth]ico Maxi(mo) co(n)s(ule) III et M. Aurel(io) Antonino Pio co(n)s(ule) II Aug(ustis) [et P. Sept(imio) Geta nob(ilissimo) Caes(are)] portam cum muris vetustate dilapsis iussu Alfeni Senecionis v(iri) c(larissimi) co(n)s(ularis) curante Oclatinio Advento proc(uratore) Aug(ustorum) nostrorum coh(ors) I Vangion(um) [(miliaria)] eq(uitata) cum Aem(ilio) Salviano trib(uno) suo a solo rest(ituit)

1004 *From Risingham.* Servatur in *Newcastle* in museo, dono Ricardi Shanks. Fragmentum tabulae lapideae altum dig. 11, latum ped. 1.

IMP · CAES · M *aurelius*
ANTONINVS · P *ius fel. aug.*
ADIABENICVS . . . .
IV

Contuli. I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 155 in tab. fig. 8; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 258, *catal.* p. 38, 122.

1005 Inter Risinghamenses CAMD. *Removed to Conington,* ubi vidit HORSL. Postea Cantabrigiam pervenit in collegium Trinitatis, ubi servatur.

numini ?
imp. caesaris m.
AVR ANTONI
NI · PII · AVG · M
MESSORIVS
DILIGENS · TRI
BVNVS SACRVM

Contuli. Camden ed. VI (1607) p. 663 cui descripsit Cotton; Horsley p. 237 *Northumb.* 87 (inde Warburton vallum p. 140, 87; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 13; Hodgson 2, 1 p. 179); Lamborne in tabula (inde Gough in tabula).

1 *Iovi optimo maximo pro salute* supplevit Horsl., *Saluti* Hodgs., neuter sine probabilitate. Propter litterarum formas puto indicari Caracallam antequam Felicis nomen assumpsit, non Pium, ut Horsleius voluit.

1006 *Found in the ruins of an old tower belonging to Gabriel Read Esq., at Troughen (Through-end* HORSL.) WARB.

IB POTEST
DVLCENS
CENTISSM
CM OD MLT
PNCPI CB RE
ADCEXXATES
VOENMOCA
VACB DEVOT SMS

Warburton *map of Northumberland* (inde memoravit Horsley p. 241, sed non adscripsit; Goughs Camden 3 p. 507).

Restitui nequit, sed videtur fuisse titulus imperatorius saeculi tertii in formulam *devotissimus numini eius* vel similem desinens.

1007 *Risingham* BAINBR., CAMD. Postea in *Conington* HORSL. Nunc Cantabrigiae in collegio Trinitatis.

COH · I · VANG
FECIT CVRANTE
IVL · PAVLLO TRB

Contuli. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 310 (Grut. 1179, 4 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 662; Horsley p. 236 *Northumb.* 82 (inde Warburton vallum p. 139, 82; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 177); Henzen *Bonner Jahrb.* 12, 1848 p. 85 ex schedis Lesleii; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 221.

1 COH·TVANG Bainbr. Cott. (inde TVNGR correxit Cardinali *memorie Romane* 3, 255), COH. I.VANG Camd. 3 PAVLO Bainbr. Cott. Camd.

Iulius Paullus tribunus supra iam repertus est in titulo n. 985.

1008 *Risingham* BAINBR. CAMD. Videtur periisse.

ICOS CVI PRE
N · AVRL · CAST
VETVSTATE CONLABS

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 310 (inde pendet Grut. 1179, 5 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 663 (inde reliqui Horsley p. 238 *Northumb.* 89; Warburton vallum p. 141, 89; Hutchinson *Northumb.* 1 p. 190; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 15; Hodgson 2, 1 p. 180) cui descripsit Cotton.

1 COS·CVI·PRE· Bainbr. (Grut.) 2 N·AVREL·SAST Grut. 3 AETVS: TATE Bainbr. (AETVS . TI . TE . CO. NABS Grut.)